

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1144

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

etiam ac populi ejusdem civitatis precibus pia mansuetudine inclinati hospitale, quod ante portam templo majori oppositam edificatum est, sub nostrę regię tuitionis ac defensionis manum cum omnibus inibi appendentibus accepimus tam videlicet ea, quę ibidem ex fidelium largitione presenti tempore pertinere noscuntur, quam illa, quę in futurum de piorum elemosinis justis modis et rationibus ad eandem pauperum domum conferentur. confirmamus itaque et per nostram immunitatem ab universorum hominum dominio ad hospitale predictum et usus pauperum emancipamus totum loci spacium, quod est exterius a coquina episcopi inter murum et fossatum usque ad proximam portam, ubi ipsum hospitale cernitur constructum, et unam curtem extra civitatem retro sanctum Petrum sitam, cujus possessores octo uncias denariorum et octo gallinatos singulis annis persolvant, nisi eadem possessio ex consensu heredum sub fructuosioris summa pensionis locari valeat. decimam quoque partem oblationis, quę ad sanctam Crucem voto fidelium infertur, sicut episcopo et tota civitate annuente ad idem xenodochium concessa est, sed et curtem quandam in foro juxta locum, qui dicitur Salzhof, de qua sub annuo censu sex quartalia tritici et duo quartalia leguminis solvuntur, sed et tabernacula, quę vulgo lobia dicuntur, juxta murum versus portam, quę dicitur sellatorum, sed et unam curtem quotannis duos solidos solventem inter eandem portam et proximum pontem sitam, quorum collata summa in quatuor uncias et octo denarios excrescit, pari libertatis honore ad predictam venerabilem domum roboramus. preterea duas curtes extra portam civitatis versus sanctum Michaelem et in villa Scilteheim mansum unum et unam curtem atque agrum unum, in villa quoque Lampertheim agrum unum necnon in villa Cungeshoven agrum unum, locum etiam macellorum universę civitatis coniventia ibidem contraditum, sed et sedem molendini juxta claustrum sancti Thomę cum necessario aque decursu, ubi etiam molendinum constructum est, molendinum quoque in Ôterswert cum aque decursu dimidio, de quo molendino fratribus sancti Thomę singulis annis viginti tres denarii solvuntur, atque duo jugera in Hohenheimvelt ad prefatam peregrinorum et pauperum domum fidelium oblatione contradita sub nostrę protectionis custodia stabilimus. hæc autem, quę predicta sunt, et cuncta, quę tam nostris quam futuris temporibus frater Ôdalricus, qui sepe nominato hospitali pia devotione famulatur, et omnes in perpetuum ejus successores justis rationibus vel acquisierunt vel acquirere poterunt, sub tali regię potestatis privilegio ad predictam domum immunitate perenni roborando et muniendo confirmamus, ut nulla ecclesiastica secularive persona jus aut potestatem habeat omnibus, quę ad hospitalem domum pertinent, vias publicas et usum aque et pascuorum interdicendi. et ut hæc omnia perpetua firmitate rata sint vel alicujus presumptoris infestatione convelli nullatenus possint, presentem paginam proprię manus subscriptione roboratam sigilli nostri inpressione insigniri jussimus. testes vero, qui interfuerunt, subternotari fecimus: Burchardus Argentinensis episcopus, Embrico Wirceburgensis episcopus¹, Sigefridus Spirensis episcopus², Ortliebus

¹ Embrico von Leiningen Bischof von Würzburg, 1125—1146.

² Siegfried von Wolfseiden Bischof von Speier, 1127—1146.

Basiliensis episcopus¹, Wiboldus Stabulensis abbas, Fridelo Augiensis abbas, Waltherus Salsensis abbas, Fridericus dux Alsatorum et Suevorum, Cōnradus dux², Heremannus marchio³, Heinricus advocatus Argentinensis.

: Signum domni Cōnradi Romanorum regis secundi. : (M.)

5 : Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Moguntini archicancellarii recognovi. :
Anno dominicę incarnationis 1144, indictione 6, regnante Cōnrado Romanorum rege secundo anno vero regni ejus 6. data est Argentinę 5 idus julii. in Christo feliciter amen.

10 *H aus Straßb. Hosp. A. lad. 1 nr. 1 or. mb. c. sig. int. subt. impr. Die erste Zeile sowie die Signums-, Recognitions- und Datumszeilen sind mit blässerer Dinte und von andrer Hand als der Context geschrieben.*

Gedruckt darnach von Mone in der Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XI, 11. Außerdem nach einer Copie bei Würdtwein Nova subs. dipl. IX, 347 nr. 179. — Böhmer nr. 2235; Stumpf nr. 3459.

15 95. Das Straßburger Domcapitel beurkundet, daß der Priester von Chrechilberch die Zehnten der dortigen Kirche vom Domprobst Adelgot als Lehen empfangen habe. 1144.

Quoniam temporis prolixitate et humani ingenii debilitate multa, quę facimus, oblivioni traduntur, litteris solemus commendare, quę per annorum successionem
20 posteris nostris volumus notificare. notum sit igitur omnibus tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, qualiter H. sacerdos de Chrechilberch^a decimationes ejusdem ecclesię a domino suo sanctę Marię preposito A[delgoto] ceteris canonicis presentibus ea ratione videlicet in beneficium acquisivit, ut has decimationes H.,
quandiu vivat, tali conventione teneat, quod sanctę Marię quicumque sit preposito
25 100 quartalia, 80 hiemalis annonę, 20 vero ordeı singulis annis in festo beati Martini representet et, quicquid prepositus^b eidem ecclesię singulis annis prius jure
fecit, hoc H. totum faciat. ad hujus vero conventionis confirmationem idem H. singulis annis in predicto festo scilicet sancti Martini communem in usum fratrum
decem solidos dabit. hec autem facta sunt anno ab incarnatione domini nostri
30 Hiesu Christi 1144, indictione 7, regnante C[ōnrado]^c anno regni ejus 5⁵. hujus

Nov. 11

a) Grandidier Chfferisberg. b) in B folgt von einer spätern Hand, die die Schrift ungeschickt nachahmt, auf Rasur: in luminaribus vel tectura. c) B von späterer Hand Cōnrado übergeschrieben.

¹ Ortlieb Bischof von Basel, 1138—1164.

35 ² Konrad Herzog von Zähringen und Burgund gest. 1152.

³ Hermann III Markgraf von Baden und Verona gest. 1160.

⁴ Chrechilberch identisch mit Crekelberch in der nr. 88 erwähnten Tischordnung des 12ten Jahrh. f. 49^b, unter den heutigen Ortsnamen nicht mehr wiederzufinden. Grandidier l. c. auf eine corrumpirte Lesart sich stützend erwirft Keffersberg bei Ortenberg. In den Oeuvr. inéd. II, 433 aber gibt er es durch
40 Kugelberg wieder und löst die Namenssigle des Priesters H. durch Henricus auf.

⁵ Die Regierungsjahre mindestens um 1 zu niedrig angesetzt.